QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 46r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ꝯsecrata uiolatur. incursatur ab barbaris. nescitur a reliquis. Quis in pretendit dec uestę uirgines. 30
ꝯ palladii sacerdotes laudabiles. Qualis ista est non morum pudicitia sed annorum quae non
ꝑpetuitate sed etate prescribit. Petulantior est talis integritas. cuius corruptela
seniori seruatur etati. Ipsi docent uirgines suas non debere perseuerare nec posse. quia
uirginitati finem dederunt. Quis autem est illa religio. ut pudicę adolescentes
iubentur esse impudicę annis. Sed nec illa pudica est quae lege retinetur et illa impu-
dica quae lege dimittitur. O misteria. o mores. ut necessitas imponitur castitati.
auctoritas libidini datur. Itaque nec casta est quae metu cogitur. nec honesta quae mer-
cedis ꝯducitur. nec pudor ille qui intemperantium oculorum cottidiano expositus conui-
tio. flagitiosis aspectibus uberatur. Conferuntur immunitates. offeruntur precia. quasi
non hoc maximum petulantię sit indictum. castitatem uendere. Quod precio promittitur.
precio soluitur. precio addicitur. precio annumeratur. Nescit redimere castitatem. quę
uendere solet. Quid de sacris frigiis loquar. in quibus impudicitia disciplina est.
atque utinam sexus fragilioris. Quid de orgiis liberi. ut religionis misterium est.
incentiuum libidinis. Qualis igitur potest ibi uita sacerdotum esse. ut colitur stuprum
deorum. Non habent sacra igitur uirginem. Videamus ne forte aliqua uel philosophię precepta
formauerunt quae magisterium sibi omnium solent uendicare uirtutum. Pytagorea
quaedam una ex uirginibus celebratur fabulis. cum a tyranno cogeretur secretum prodere. ne
quid in se ad extorquendam ꝯfessionem uel tormentis eliceret. morsu abscidisse
linguam. atque in tyranni faciem despuisse. ut quid interrogandi finem non faciebat.
non haberet quem interrogaret. Eadem tamen forti animo. sed tumenti utero. ex
emplum tacitumitatis ꝯ pluuium castitatis uicta est cupiditatibus quae tormentis
uinci nequiuit. Igitur quae mentis potuit tegere secretum corporis non texit obprobrium.
Vicit naturam sed non tenuit disciplinam. quam uellet in uoce munimentum sui
pudoris existere. ꝯ eo fortasse erudierat illam patientiam. ut illam culpam
negaret. Non igitur inuicta undique. Nam et tyrannus licet non potuerit inuenire
quod interrogabat. tamen quod non interrogabat inuenit. Quanto nostre uirgines fortio-
res. quae uincunt et quas non uidet potestates. quibus non tantum de carne ꝯ sanguine
sed et de ipso mundi principe seculi rectore uictoria est. Etate utique Agnes
minor. sed uirtute maior. triumpho numerosior. ꝯstantia ꝯfidentior. non sibi
linguam propter metum abstulit. sed propter trophaeum reseruauit. Nichil enim habuit